



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vom Lobe des alten Sachsens, nun Westfalen genannt

Rolevinck, Werner

Köln, 1865

Capitulum 10. De canonisatione sancti Karoli et periculis post eius obitum emersis et conversione quatuor provinciarum magnarum. / Capitel 10. Von Karls Heiligsprechung und den nach seinem Tode ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-9126

etiam totum imperium religiose et rigorese disposuit, non omnia sunt descripta. Vicit enim famam virtutibus suis, ut merito inter fausta proclamatos annumerari debeat, dicendo: Sanctior Karolo. Tandem anno DCCCXIV Januarii die XXVIII aetatis suae LXXII diem clausit extremum, de palatio ecclesiae militantis ingrediens palatium ecclesiae triumphantis. Elegit autem sepulturam in Aquis-grano, quem locum semper coluit et structuris et privilegiis et reliquiis et glorioso septennali passagio, quod permansit usque in praesens, sublimiter decoravit.

Capitulum X.

De canonisatione sancti Karoli et periculis post eius obitum emersis et conversione quatuor provinciarum magnarum.

Ut autem tantae virtutes cunctis christianis et praesertim principibus in exemplum ponerentur, non destitit omnipotens deus fidelem servum suum miraculis post mortem glorificare, quem totiens in vita miraculose consolatus fuerat. Insuper et sancta mater ecclesia eius praecipuis et salutiferis laboribus non ingrata ipsum sanctorum catalogo asscripsit, canonizante eum Zacharia papa in praesentia domini Friderici imperatoris primi. Eius festum agitur quinto Kal. Februarii, eodem videlicet die transitus sui praefato. Hunc gloriosissimum imperatorem etsi tota christianitas merito venerari debet, maxime tamen utraque Saxonia, id est Ostphalia et Westphalia, quoniam a Thuringia usque Yslam, a Rheno usque ad Albiam eliminato idolatriae vitio tanquam verus Christi apostolus intus ac per circuitum replevit eas evangelio Christi. Quodsi apostolos, ceterosque martyres ac confessores commendamus, qui licet periculo corporis, levi tamen officio linguae fidem praedicarunt, non minus Karolum oportet sublimiter extollere, qui millies ani-

geführt: über das alles hat man keine ganz ausführlichen Nachrichten. Seine Tugenden überragten seinen Ruhm, so daß man bei einer Krönungsfeier mit Recht rufen könnte: Sei heiliger als Karl! Endlich starb er am 28. Januar des Jahres 814, im zweiundsiebzigsten seines Alters, aus dem Palaste der streitenden Kirche eingehend in den Palast der triumphirenden Kirche. Zum Orte seines Begräbnisses wählte er Aachen, das er stets vorgezogen und durch Bauten und Vorrechte und Reliquien, auch durch die berühmte, alle sieben Jahre stattfindende Heiligthumsfahrt, die noch fortbesteht, gar hoch geschmückt hatte.

10. Kapitel.

Von Karl's Heiligsprechung und den nach seinem Tode auftauchenden Gefahren und der Bekehrung von vier großen Provinzen.

Damit aber so herrliche Tugenden allen Christen und zumal den Fürsten als Beispiel hingestellt würden, ließ der allmächtige Gott nicht ab seinen getreuen Knecht, den er so oft im Leben wunderbar getröstet, nach seinem Tode durch Wunder zu verherrlichen. Aber auch die heilige Mutter, die Kirche, gegen seine großen und segensreichen Thaten nicht undankbar, hat ihn in das Register der Heiligen eingeschrieben, und der Papst Zacharias in Gegenwart des Kaisers Friedrich I. ihn heilig gesprochen. Sein Fest wird am achtundzwanzigsten Januar, dem Tage seines Hinscheidens, gefeiert. Diesen glorreichsten Kaiser muß zwar die ganze Christenheit mit Recht verehren, zumeist aber beide Sachsen, das heißt Ostfalen und Westfalen, weil er sie von Thüringen bis an die Offel, vom Rhein bis an die Elbe, durch Ausrottung des lästerlichen Götzendienstes, als ein wahrer Apostel Christi, im Innern wie im ganzen Umkreise mit dem Evangelio des Herrn beglückt hat. Wenn wir die Apostel und die übrigen Märtyrer und Bekenner hoch halten, die, wenn auch mit Gefahr des Leibes, doch mit dem leichtesten Dienste der Zunge den Glauben predigten, so sind wir verpflichtet,

mam posuit pro testamento Christi, corpus, animam, substantiam, filios, amicos, cognatos, patriam, regnum et quidquid habuit, quidquid potuit, periculosissimis laboribus sollicitudinibusque innumeris non parcens, omnia toto vitae suae spatio expendit, impendit et superimpendit pro salute animarum et gloria fidei exaltanda. Hunc patronum, hunc memorabilem virum, hunc magnificum imperatorem in domino laudemus, quem ita sublimavit divina munificentia, ut inter omnes catholicos principes nullus inveniatur, qui ad eius fastigia audeat aspirare. Hoc tibi praeconium contulit, o Saxoniam, deus omnipotens, et a nullo alio potueras superari, a nullo debueras emundari, informari, illustrari ac in fide fundari et firmari, quam a tali, qui universos praestabat potestate, puritate, pietate, nobilitate, fortitudine, scientia, religiositate, sapientia et sanctitate. Nullum moveat, quod post obitum sacrati principis novae clades insurrexerunt, quia hoc proprium ecclesiae est, ut in hoc mundo pressuram habeat. Pertinaces enim illi, qui cum Wedekyno fidem recipere noluerant, ad Normannos et Danos ac alios infideles redierunt et gravissimas dissensiones seminarunt, odiaque antiqua renovantes terras fidelium invaserunt longo tempore. Saxones quoque illi ultra Albiam disiuncti cum Sarracenis vicinas sibi christianorum terras vastarunt. Normanni Galliam supra modum afflixerunt, Dani Frisiam et Traiectum et alia loca propinqua ad solum deduxerunt ecclesiis exustis. Tandem miserante domino omnes ad fidem convertebantur, et Saxones iam fideles effecti Francos iuvare coeperunt. Videntes namque Coloniam, Treverim et alias civitates Galliae exustas, Rhenum transierunt et fugato Rollo duce Normannorum tandem ipsum ad obedientiam fidei compulerunt. Baptizatus autem filiam regis Franciae, Gyllam nomine, accepit uxorem, et sic tota Normannia convertitur. Post haec Dacia, deinde Bohemia, ac demum Ungaria fidei gratiam suscepit. Fertur quoque, quod nonnulli de antiquis Saxonibus incredulis ad

Karl nicht minder hoch zu erheben, der tausendmal sein Leben für das Testament Christi gewagt, der Leib, Leben, Habe, Söhne, Freunde, Verwandte, Vaterland, Reich und alles was er besaß, die gefährlichsten Strapazen und zahllose Mühseligkeiten nicht scheuend, ja alles sein ganzes Leben lang aufgewandt, dargebracht und geopfert hat zum Heile der Seelen und zur Verherrlichung des Glaubens. Diesen Schutzpatron, diesen außerordentlichen Mann, diesen hochherrlichen Kaiser wollen wir loben im Herrn, ihn, den die göttliche Milde so erhöht hat, daß unter allen katholischen Fürsten keiner zu finden ist, der ihn erreichen zu wollen wagte. Den Ruhm hatte dir, o Sachsenland der allmächtige Gott vorbehalten, daß du von keinem andern überwunden werden konntest, von keinem andern gereinigt, unterrichtet, erleuchtet und im Glauben begründet und befestigt werden solltest, als von dem, der über alle an Macht, Reinheit, Frömmigkeit, Adel, Tapferkeit, Wissenschaft, Religiosität, Weisheit und Heiligkeit hervorragte. Niemand lasse sich dadurch beirren, daß nach des geheiligten Fürsten Tode neue Kämpfe erstanden, da es der Kirche eigen ist, daß sie in dieser Welt Druck erleidet. Jene Hartnäckigen nemlich, die mit Widukind den Glauben nicht annehmen wollten, waren zu den Normannen und Dänen und andern Ungläubigen geflohen und säeten Zwietracht aus, erneuerten den alten Haß und fielen lange Zeit in die Länder der Gläubigen ein. Auch die jenseit der Elbe wohnenden Sachsen und die Saracenen verheerten die christlichen Nachbarländer. Die Normannen schädigten Gallien über die Maßen, die Dänen richteten Friesland und Utrecht und andere umliegenden Orte zu Grunde und brannten die Kirchen nieder. Endlich aber wurden durch das Erbarmen des Herrn alle zum Glauben bekehrt und die bereits gläubigen Sachsen fingen an den Franken beizustehen. Als sie nemlich Cöln, Trier und andere Städte Galliens niedergebrannt sahen, setzten sie über den Rhein, trieben den Normannenherzog Rollo in die Flucht und brachten ihn endlich selbst dahin, daß er das Christenthum annahm. Nachdem er die Taufe empfangen, heirathete er des Königs von Frankreich Tochter, Gisela mit Namen, und nun bekehrte sich ganz Normannien. Nachher nahm Dacien, dann Böhmen und endlich Ungarn die Gnade des

Sarmatas confugerunt et usque hodie Sameitae dicuntur, in sua duritia permanentes, quotidie contra fideles pugnant.

Haec de pluribus pauca sufficiant extracta, in quibus large ostenditur, quanta fuerat calamitas in diebus illis, et quanta strages pro extirpatione idolatriae et introductione fidei in terris nostris. Eodem tempore sicut mirabiliter crevit fides in his regionibus occiduis, sic miserabiliter defecit in partibus orientalibus, impia secta Mahometi nimis invalescente et terras christianorum desolante.

Capitulum XI.

De institutione provida provinciae quoad utrumque statum, et legibus ac iuribus illic per Karolum traditis.

Sunt nonnulli qui putant sanctum principem Karolum nimis dure et inhumaniter populum Westphalicum gravasse ac eis imposuisse leges acerrimas, quos errare pronuntio. Quod ut clarius pateat, modum regiminis, quantum repperi et ex parte vidi, ut verisimilius potero, breviter explicabo. Nequaquam enim credendum est, quod sancti illi pontifices, videlicet Ludgerus, primus episcopus Monasteriensis, et Hatumarus, primus episcopus Padebornensis, ceterique viri venerabiles quotidianis miraculis coruscantes hoc permisissent, ut advenae licet fideles sic gentem illam noviter conversam affligerent. Non habet hoc christiana pietas, quae semper modestius administrat cultores suos, quam paganismus. Hanc sententiam in libris de civitate dei, quos idem Karolus saepe ante se legi fecit, plenius vide. Nec tamen abnego, quin secundum prophetiam supra positam ad tempus ibidem princeps aliqua durius

Glaubens an. Auch wird berichtet, daß einige von den ungläubigen Ostfachsen zu den Sarmaten geflohen seien und noch jetzt unter dem Namen Sameiten in ihrer Rohheit beharrend tagtäglich gegen die Gläubigen kriegen.

Dieses Wenige, aus Vielem ausgehoben, mag genug sein, da klar genug daraus hervorgeht, wie groß in jenen Tagen das Elend war und wie bedeutend der Kampf zur Ausrottung des Götzendienstes und Einführung des Glaubens in unsern Landen. Wie zu dieser Zeit in unseren westlichen Gegenden der Glaube wunderbar wuchs, so nahm er im Oriente elendiglich ab, indem die gottlose Secte Mahomets überhand nahm und die Länder der Christen verheerte.

11. Kapitel.

Von der unvorsichtigen Einrichtung des Landes hinsichtlich der beiden Stände, und von Karl's dort eingeführten Gesetzen und Rechten.

Manche sind der Ansicht, der h. König Karl habe das westfälische Volk allzuhart und un menschlich beschwert und ihnen allzustrenge Gesetze auferlegt, aber ich behaupte sie irren. Damit dies klar werde, will ich die Verwaltungsweise, wie ich sie gefunden und zum Theil selbst gesehen habe, so wahrheitsgemäß ich kann, kurz auseinandersetzen. Man muß nemlich ja nicht glauben, daß jene heiligen Bischöfe, wie Ludgerus, erster Bischof von Münster, und Hatumar, erster Bischof von Paderborn, und die anderen ehrwürdigen und durch tägliche Wunder strahlenden Männer, gestattet haben würden, daß die Ankömmlinge, waren sie auch noch so gläubig, das neubekehrte Volk so bedrückten. Das leidet die christliche Frömmigkeit nicht, die ihre Bauern stets milder behandelt, als das Heidenthum es that. Dies mag man in des Augustinus Büchern vom Gottesstaate, die Karl sich oft vorlesen ließ, ausführlicher nachsehen. Doch leugne ich nicht, daß der König, nach dem oben angeführten Ausspruche des Propheten, zu Zeiten, der Re-